℞. pulv. melil.
origan. ā ʒij,
castor. ʒß.
theriac. ʒv, cum ✠to acerrimo fiat pasta, & applicetur maxillæ dolenti.

Mirabilis planè operationis est sequens *balsamum dentale*, cujus beneficio atrocissimos dolores dentium, adnuente DEI gratia, quemadmodum notum est, curavi.

℞. ☍i del scoto ʒij,
nicot.
castor.
opii theb. ā ℈j,
extract. lign. gvajac.
salv. ā q. s. M. f. Balsamum quo gingivæ illini debent.

§. XXI.

Eminentiam *ani castoreum restituit: mulier quædam quæ alvi adstrictione diu laborabat, & hac ex causa ani egressionem causabatur, hac medicina fuit restituta. Et non ignotus Præceptor classicus in tam molestissimo morbo usu castorei meliorationem sentiebat.*

Addi-

Additamentum Franci.

Diversas habet *Eminentia ani* caussas, præcipuas vero nimium conatum, intemperiem frigidam, lubricitatem, & violentum casum, huc autem castorina commendamus, quæ & adstringunt, calefaciunt, & corroborant nervos & musculos, qui post depositum stercus anum propulsum retrahere solent. Antiquitatis vestigia sequemur: D. *Wolfartus* in Simone Eilberg ovium DEI Pastore Jungingensium anno 1570. procidentiam ani madefacto prius loco ▽a decoctionis tormentillæ, sumach. & sem. plantag. sequenti pulvere inspersо curavit:

℞. pumic.
myrrh. ā ʒj,
castor.
asphalt. ā ʒß.
capul. glandium ℈j, M. f. pulvis.

Huic malo [dysenteriæ sc. ait D. *Fridericus Fuchsius*] *supervenit aliud malum, nempe procidentia ani, quæ magnum dolorem intulit, reposui tamen per manum Magistri Sebastiani Bauleri Chirurgi & sequenti linimento:*

℞. boli arm. ℥j,
plumbi usti
castor.
myrrh.
tutiæ ā ʒij,
℥i myrtill. ℥ß,
succi plantag.
vini rubr. ā ℥ß.

bulliant humida ad consumtionem succi & vini deinde colentur, quibus adde ceræ q.s. & reliqua in pollinem prius redacta, & fiat unguentum in mortario plumbeo reformatum.

Alias in egressione ani nihil præstantius esse ipso castoreo, in ✠to misso donec coloretur, ac eo calide cum spongia applicato testatur *Laurentius Gualtherus Kuchelius* Medicus olim experientissimus.

Mulier, de qua Noster Auctor loquitur, hoc morbo vexata, fuit *Sigismundi Biekhardi* uxor, quæ sequenti liberata absq; recidiva.

℞. ℥i myrtin. ℥j,
gallar. contus. ʒij,
croc. ♂tis adstring. ʒj,

castor.

castor. ʒß.
ceræ ʒiß. M. f. unguentum.

§. XXII.

Et quia abortum causatur, bonum esse inveni in pellendo fætum vivum & mortuum, nam quum Martini Scheineri *militis uxor in partus vinculis constricta fuisset, atque nec ullus vitæ halitus in infante animadverteretur, neque progressum felicem haberet, tandem DEI auxilio & castorii liberata.*

Additamentum Franci.

Heic observatis exactissime circumstantiis & partibus ad expulsionem aptis existentibus laudabiliter se gerit castoreum nostrum.

Mihi in usu est sequens mixtura in quibusdam feminis experta.

℞. ∽us fuliginis
matric. Sculc.
essentiæ castorii ā ʒß.
℥i dest. sabinæ gttv,
cinam. gttij, M. S. treibende
Mixtur.
Exper-